
Lingua Catalana

Lingua Catalana vel **Catalanica** (ipse lingua: *català*) est lingua ex linguis Indoeuropeis et sub familia Latina subsummata, cum lingua Lusitanica, lingua Italiana, lingua Francica, lingua Romanica, etc. In regione Valentiae, ob mores et consuetudinem **Valentiana** lingua appellatur.

Lingua Catalana (Català, Valencià)	
IPA:	[kə.tə'ɫa / ka.ta'ɫa /va.ɫen.si'a]
Taxinomia:	lingua Indoeuropaea e subfamilia Romanica
Locutores:	9 100 000
Sigla:	1 ca, 2 cat, 3 cat
Status publicus	
Officialis	Hispania, Andorra
Privata	Gallia, Sardinia
Litterae:	
Scriptura:	Scriptura Latina
Procuratio:	Institut d'Estudis Catalans et Acadèmia Valenciana de la Llengua



Familiae linguisticae coloribus Vicipaedicis pictae



Situs locutorum linguae Catalanae

Loci

Lingua Hispanica in Catalonia, (Francia, Hispania); Valentia, Balearibus Insulis et Aragonia (Hispania), Andorra et Sardinia (Italia) primaria.

Status Linguae in Hispania

Lingua Catalana, nativa Cataloniae lingua considerata, trium officialium linguarum una est secundum Catalano Statuto Autonomiae instituta. Aliae sunt lingua Hispanica quae officialis passim in Hispania est, et lingua Aranica (qua Valles Aranica loquitur).

In Insulis Balearibus *lingua Catalana* quoque nativa lingua considerata secundum Balearico Statuto Autonomiae. Illic duae linguae officiales sunt: Catalana et Hispanica.

Apud Valentiam, haec lingua valentiana vocatur.

Catalana et Balearica gubernationes linguam Catalanam promovent. Sic, dum fere tota civitatis educatio in Catalana et aliquod in Hispanice datur, gubernationis grapheocratia tota in Catalana est. Negotia ostendere saltem in Catalana totam nuntiationem (e.g. escarum indices, folia muralia) coguntur sub legalium multarum poena, si officio non funguntur. Catalana et Balearica gubernatines hoc consilium manent ut lingua Catalana protegatur promoveatur, repressioni prohibitionique annorum Francisci Franco responsum.

Catalana a plerisque linguistis Iberoromanica[?] lingua (velut Hispanica, Lusitana, Gallaecica, Aragonica...) putatur, sed aliquas proprietates Galloromanicarum linguarum velut lingua Occitana et minore in gradu lingua Francogallica habet.

Socialis usus

Secundum studium anno 2003 Generalitate Cataloniae effectum, 50.1% incolarum quotidianis in circumstantiis Catalana utuntur.

Significative, circa 55% respondentium Hispanica utuntur cum cum parentibus loquuntur (contra 42% qui Catalanam legunt). Quae ad massivam de Meridionali Hispania immigrationem per secundam XX saeculi partem tribuntur, ergo aliqui Catalanorum unum aut ambos parentes extra Cataloniam natos habent. Nihilominus, maxima pars (52.6%) Catalana cum suis pueris utuntur (42.3% Hispanica). Quod tribui potest ad aliquos hispanophonos cives de lingua materna ad Catalanam domi transeuntes.

Extra familiam, 48.6% incolarum se cum peregrinis exclusive aut praeferenter Catalanice loqui indicant, dum Hispanica utentium proportio 41.7%. 8.6% aequaliter ambis uti proclamant.

Linguae Romanicae

Anglo-Normannica · Auridunica · Aragonensis · Aromanica · Arpitanica · Asturiana · Burgundica · Caesariaca · Campanica · Catalana · Corsa (Gallurica, Sassarensis) · Cispadana · Dalmatica · Dacoromanica (Moldovica, Valachica) · Extremadurensis · Fala · Franco-Comitatina · Francogallica · Foroiuliensis · Gallaica · Gallonica · Guernesica · Lingua Haitiana · Hispanica (Castellana) · Insubrica · Istrica · Istro-Romanica · Italiana (Tusca litteraria) · Iudaeo-Francogallica · Iudaeo-Italiana · Latina Dolomitica · Iudaeo-Hispanica · Legionensis · Ligustica (Monoecensis) · Lotharingica · Lusitana · Megleno-Romanica · Mirandica · Moeso-Romanica · Mosarabica · Neapolitana (Aprutina, Bariana, Consentina, Daunia, Lucana, Molisina) · Normannica · Occitanica · Orobica · Pedemontica · Pictavo-Santonica · Picardica · Romancica · Romanensis · Sarda · Serquica · Shuadit · Sicula (Bruttia, Sallentina) · Tarentina · Venetica (Talica) · Vallonica